

Slod

E libris
gymnasio Mauritiano Magdeburgensi
a venerabili
Carolo Funk
theol. doctore et gymnasii direttore
a. 1857 hereditate relictis.

G. f. 171.

LEVCOLOGIA,

Sive,

Disertatio

DE COLORE ALBO,

quâ

Civitatis Cæs. Lib. Imp. Nordhusii

MAGNIFICUS SENATUS,

Trium Scholarcharum Concilium,

Cum

VIRI

Prænobilissimus, Amplissimus, Prudentissimus q̄,

Dn. Consul

MARTINUS **Romann**/

Scholarcha Vigilantissimus, Re Scholasticæ Nutritius

Beneficus,

ac

Prænobilissimus, Amplissimus, Juris consultissimus

& Prudentissimus,

Dn. JOH. GUNTHER

Romann/

Consul, ad Consulares Dignitates die 6 Jan. nuperius di-

gnè erectus, ad Patriæ Salutem promovendam paratissimus,

ad Republicæ Clavum confiderent.

Ejusq; Ephoriæ iucluri Dnn. Achatæ, Jurisprudentiâ clarentes ;

ut & totus Ordo Senatorius,

unâ cum

Plur. Rev. Dnn. Epoptarum ac Sacerdotum Synedrio,

ac

Venerabili Præclarissimorum Dnn. Præceptorum Collegio,

simul

Omnès atqve singuli Literarum culturâ Politi, animisque

Scholastica rectâ candidis intuentes,

à

M. CONRADO **Dunkelberg**/

Ephëbii Nordh. h. t. Rectore,

submissè, decenter ac amicè

invitantur,

ut ne binos Academicæ Candidatos,

JOHANNEM WILHELMUM Seybenschwang / Kindelbr.

&

JOHANNEM ALBERTUM **Ranft** / Nordh.

De ALBIS Antiquorum VESTIMENTIS eras horâ 9 antem : d. 5. Maji.

A. 1707. in Apobateriis memoriter dicturos sub Examinis clausulam benevolè

audire dedignentur.

Nordh. Zypis August. Martin. Hynischianis,





AEYKOTEPAI



Qvibus oculis humanus pascatur, sunt in primis Colores, variis
 variis ex objectis visibilibus specie visui blandientes. Colores ad
 rei naturam acutiùs atq; argutiùs rimandam rimanti admira-
 strare non mediocre incitamentum, num quis neget? Gemmarum
 tabernam, distinctis gemmarum speciebus instructam, figuris
 emtor benè nummatus, Lucullus sive Crassus, ingressus fuerit
 abundè invenit rerum, quibus oculus allectus animo læticiam
 transmittat. Jaspide & Thyre quidni lætetur sub viridibus? quidni Topasio dele-
 ctetur aurèa? Amethysti violacæ capitur splendore: Rubinum miratur rubram.
 Smaragdum verò viridem; Hyacinthi radios excipit purpureos: Sapphirum ag-
 noscit cœruleam, aliàsque plures mercis gemmarum jucunditates. Quàm titillat
 spectantis oculum Iris discolor, quæ de *Paling. Sagitt.*

Iris, æacus Cæli, variâ spectanda colore.

Quantum denique oblectamentum visui subjicit Flora, telluri decora? tot
 floribus elargitur colorum varietates, ut numerantis numerum superent. Alius
 eniter color ex narcisso: alius è tulipa: alius è viola: alij ex alijs: Certè! Quid in-
 geniosa natura efficere possit, in admirandis florum pascuis videtur experta, Phy-
 seos operose in phytoterijs haud ulla majora sunt indicia, quàm flores, ter-
 verticelores. Mirandum verò in tanta colorum ubertate eundem colorem non
 omnibus hominum aridere oculis: alius rubrò, alius flavò, alius gilvò, alius
 aliò oblectatur. Caroli Ferdinandi Ducis in Sabaudia, Conjux, Colore viridi
 adeo oblectata narratur, ut maximum mœrore afflicta sibi solatium quæreret in
 Viridario sumtuosè constructo. Quæ viriditatis amantia cum Annò 1664. obiisset,
 colore viridi in Marti vidui solatium puratur albedo. Dynastarum aliis color placet cæcibus
 qui viridi oculis admodò id dabit Lemmatis: *Omnia mihi viridia sunt.* Hunc
 præter & elius pusiò, alis iridem adornatus, qui arcu oculoq; viride folium de-
 signaret, cernebatur, cum Epigraphe: *FOLIUM MEUM EST VIRIDE.*
 Purpureis gestiebat vestibus vestiri Purpurati olim in Aula eminentes regia-
 Indorum culti decora puratur albedo. Dynastarum aliis color placet cæcibus
 alius alij, quò se suosq; velint indutos atq; ab alijs distinctos. Qui quidem
 colores singuli, cœu miri blandi; naturæ latus suis radiant dignitatibus, Enco-
 miastæ relinquendi.

Albus jam ferit oculos animoque quasi addit stimu-
 lum, ut bitorum. *Academia Candidatorum*, gratiâ in *Albedinis* excurram
 exiltimationem. *Color albus* cum sit simplicissimus, purissimus ac clarissi-
 mus, à viris, ingenii acumine firmatis, rerum variarum symbolum judicatur
 est. *Album* esse felicitatis & boni ominis; *nigrum* verò mali ominis &
 ingenii signum, *Stuchius* disseruit. Utrum fide dignum, quod *Schottus* in
Phys. Cur. refert? *Mirum*, quod de tygride refertur in *India Occidentali* homines
 albos non attingi, nec ledi à tygridibus occurrentibus. Quid *Stella alba* *Horatii*, quæ
 de *lib.* 1. *Od.* 12. *Carm.* cecinit, designat? felicitatem. Felicitatem arguit & *Si-
 lius* dies felices decantans;

Decurrant

Decurrant albiqve dies horæque serena.

Quid Scythis albi lapilli, ex arcu vesperi emissi? diei felicitatem peractæ jactabant.
Album esse *Sensitatis, pietatis, dignitatis regie, lætitiæ, æternæ salutis, prosperitatis, innocentie, de steritatis* Symbolum, *Botfacc. Simil. Num. 381* clarè ostendunt. Alt fortius forsitan legenti salivam movebit calamusqve dissertationis scopo accedet propius, *Album, in Vestibus intuendum, si adscripsero. Album in vestimentis notatum cognoscitur Color esse Divinus, nam Dan. 7. Jehova apparet niveâ vestitus veste ejusqve capillis, lanæ puræ qui similiores, spectatis. Animadvertitur Color Angelicus in sepulcro, Marc. 16. v. 6. Al. 1. v. 10. Coelestis Beatorum, Apocal. 3. v. 5. Noretur & Regius, in bysso findonèqve vitus, Regibus & Optimatibus dignus. Albo indumento tectus incedebat Rex Persarum Darius, Curt. lib. 3. cap. 3. §. 17. Cerne Josephum Ægyptium, Regis clementiâ Albò sericò indutum, Gen. 41. v. 42. Ejusmodi ornametò qui incedebant amicti, dicebantur *Chorim*, h. e. Nobiles, *Ecclesiastic. 10. v. 17. De quibus D. Geier Comm. Eccles. & D. Crauserus in Porphoro p. 664. differunt, quòd Chur significet Virum Principem, illustrem. albâ veste incedentem. Vestes albas ad Sexum quoque Romanorum muliebrem populosque Asiaticos defluxisse, non ignoratur ex Lipsii l. 1. Elect. c. 13. His succedit intuendum, Albedinem olim fuisse lætitiæ signum, Tempus matutinum, lætitiæ effundens rorem, gens ethnica fingebat & pingebat *Levcotheam*, Larinè *Albinam*, aliter *Matutam*. In Nataliis *Corovivis* contedisse convivas *albis*, quas vocabant *Prytanicas*, amictos, *Clauderus de Rit. Natal.* refert. *Candidò amictu* Romanorum *Candidatos*, Honores qui in Comitibus petebant, fuisse conspectos, ex *Rosino* inus probatum. *Albe* servis, libertate donatis, dabatur. *Alba* Romanorum *Ebræorumque Sponsæ* non erant nesciæ. Taceo *Militum λευκῶ ματα*: omitto *albas* in *Darii aurigis regis: Albas* in *lugentibus & sepeliendis* conspectas. Verborum multitudini plura de *Albis vestimentis* affunderem, nisi foliorum inhiberent angustia: Restare video in Ethnicorum sacra^{ti}s *Sacerdotes ethnico*: sacrificaturus *vestibus albis* inservientes, *Virg. l. 12. v. 1. 61. Æn.* Nec mentem fugit in *Christianorum* templis quondam *Camistas*, ex lino albo contextas, de quibus *Casal. de Rit. Vet. Christian.* corporis cultui sacerdotali inserviisse. Non silentii conopæo tegenda videtur *Vestis Baptizatorum Alba*, quippe cum hæc *Hebdomas* delabens in *Albis* dicatur, quæ sc. proximè excipitur à *Ferriis Paschalibus*: nam *Baptizandis* *Catechumenis* *Festum Paschale* in *Primitiva Christianorum Ecclesia* præstitutum fuit, ut *Baptizati* vestem candidam *Dominicâ* in *Albis* acceptam induerent, indutam 7 dies gestarent, gestatam octavo deponerent. Quo de *Ritu* aliisque *Albedinis* insignibus nos mense *Apr. A. 1689* in duob. *Programm. de Candore*, ut & *Alborum Festivitate* diximus plura. Hisce aliisque *Albarum* speciebus ne longius immorer, *Actus* *ivader* *Oratorius*: nam *Scholarium Bigæ*, ut ad mentis gratæ aram ante discessum *Academicum* stare videantur, de *vestibus Albis* declamabant. *Abiturientium* prior: *JOHANN WILHELM Seydenschwang, Kindelbruckâ. Thur.* qui die 14 Sept. ipis *Nundinis* *Autumn.* inceptis *Annò 1702*, *Longosalsisâ* relicta, in *Nofrorum Album* fuit receptus. Hic quòd non turpitudinis licium, nec malæ famæ bilicium, neqve vitiorum civilitium, sed probum *Peritiæ* *Sericum* per *continuos* *Mufarum* *Dies* *Nundinales* ad has usqve *Veris* *Nundinas* *lucratu* fuerit, *lucrati* animi testatur *pietas*, assidua *philomathia*, erga *Venerandos* *reverentia*, *candida* *mentis* *candor*. *Scholæ* *probus*: *Hospitio* non *reprobus* per *tot* *años* *hic* *bene* *vixit*, *Ante* *Eucharistica* *sua* *disserturus* *lustrabit* *vestes* *Antiquorum* *Albas*, *spectatas* (1) in *Deo* *apparente* (2) *Regibus*, (3) *Sexu* *muliebri*, (4) *Natalibus* (5) *Romanorum* *Candidatis*, *Honores* *appetentibus*, (6) *Sponsis*, (7) *Servis*, *libertate* *donatis*, (8) *Militibus*, (9) *Lugentibus* & deniq; (10) *Sepeliendis*. *E* *Discessurus* *posterior* *JOHANN ALBERTUS Ranfft/ Nördhusæ, αφ απαλὸν ἄνθρωπον* intra *patrios* *parietes* *ingenuè* *educatus*. *Phroni-*
*sterii***

sterii hujus Classibus inferioribus comittebatur tenerior: adultior incer probos fact9, subfelliis in superioribus probitate, modestia, diligentia magis magisque hactenus eluxit, ut pes Peritiae Academicæ feliciter asfundenda & Parentibus & nobis jam affluat, Ejus ^{ἡ ἀποβατηρία} differet de Præscorum Vestimentis Albis, quæ (1) in Ethnicorum Sacrificiis (2) Christianorum (3) Sacerdotum Hierarchiis, (4) Recens-Baptizatis (5) Auguriis ethnicis olim erant cultui, (6) Angelis Sanctis (7) Beatis Cælorum Civibus sunt attributæ. Hæ sunt Actūs Valedictorii materiæ, ex quibus ^{ἡ ἀδδωραμ} levidentia contextere melitemata in Prosa Latinò sermone publicè recitanda: quibus memoriter recitatis, Beneficii Scholastici memores Eucharistica sua non per verborum ambages, sed Lacinicè piis è labiis affudent, Dominorum Benefactorum Benefacta honoraturi. Se etenim Harpocrati jurasse ne viderentur, ranisve Seriphii, coaxare nesciis, similes judicarentur, sed grati animi reseram post se relinquerent, maximè studuerunt. Ast! ubi Valedicturis patet valedicendi Locus? Minerva, cujus non parci non infrequentes existere cultores, cathedram aperiet Progymnasticam. Ast! quis dies? quæ diei hora Dicituris favebit? Favebit, ut speramus, castinus, tridui labores quartâ luce clausurus. Ex Legibus enim, quas Veneranda nobis reliquit Majorum Antiquitas, legenda est indulgentia: quâ accensâ, Protopiris, Examini dum imponetur coronis, dabitur venia declamandi: Legum indulgentiæ affulgent quoque *Alba Curialia*, h. e. *Tabulæ de albate*, Phoebeo ostio hodiernum affixæ, quæ quidem non auctoritate Romanorum Prætorum, sed gravitate Dnn. nostrorum *Consulum* debebant suspendi ad negotia *ἡ ἀποβατηρία* expedienda. Quò lucente indulgentiæ, veniæque phosphorò, venia superaddent confectum Favorem, per hocce triduum Examinale abundè compertum, Viri salutis tam Oppidanæ, quàm Scholasticæ Custodes Vigilantissimi:

Magnifici Prytanei Dnn. *Consules*. Reip. Clavum digniùs amplexi commodòque publico ardentiùs innixi, in chartarum fronte supra Denominati:

Dnn. *Scholaracharum Trige* felici suffragantium suffragiò conjunctæ,

Martinus *Proman*: *Andreas* *Weber* / ὁ ἱερογῶγος,

Jan *Bauland* / dignus Quos sociavit Honor:

Dnn. *Achata*, Jurisprudentiâ, conspicuâque Eruditione incluti: S. Themidos Ministri fide dexterrimi.

Plur. Rev. Dnn. Epoparum, singulorumque Sacerdotum Synedrium, Præclarissimorum Dnn. Præceptorum Collegium Honorandum:

ut et

Omnes ac singuli à Musis nostris non alieni, ut, ^{ἡ ἀποβατηρία} ὁ θεὸς *Δελφῶν*, cùm castinum diem adduxerit Albuna, seu potiùs Divina Fortuna, horâ nonâ mat. ante Disertissimum nostrum Curie Svadæque Roscium, sedulum Juventutis Monitorem, dicturum, Apobateriis præbere velint audientiam. Id ut benè verat, ad animiqve invitantis votum obtingat.

desiderat, invitat, ac expetit

Dab: Nordh. sub Tilia Phoebea, jam
frondescente, Die 4. Maji A. 1707.

M. Conradus Dunckelberg,
Ephëbii Nordh. h. t. Rector.



78 M 428

Sign. (188) fehlt bzw.
rest. nicht vergeben!




56.

1077

R.40



anram erigebatur. Fasci-
t, domi Connubialis Con-
ibzueres Eris, sed sincerior
tantq; dexteritate, ut in
una adesset anima.
la Marito
esse dies.
cum Marita lecta vitam con-



LEVCOLOGIA,

Sive,

Dissertatio

DE COLORE ALBO,

quã

Civitatis Cæs. Lib. Imp. Nordhusii

MAGNIFICUS SENATUS,

Trium Scholarcharum concilium,

Cum

VIRI

Prænobilissimus, Amplissimus, Prudentissimus q̄,

Dn. Consil

MARTINUS Romann/

Scholarcha Vigilantissimus, Re Scholasticæ Nutritius

Beneficus,

Prænobilissimus, Amplissimus, Juris consultissimus

& Prudentissimus,

DN. JOH. GUNTHER

Hoffmann/

Consul, ad Consulares Dignitates die 6 Jan. nuperius di-
gnè euectus, ad Patriæ Salutem promovendam paratissimus,
ad Republicæ Clavum considerens,

Ejusq; Ephoriæ iuclutū Dnn. Acharæ, Jurisprudentiâ clarentes :

ut & totus Ordo Senatorius,
unã cum

Plur. Rev. Dnn. Epoptarum ac Sacerdotum Synedrio,

ac

Venerabili Praclarissimorum Dnn. Praeceptorum Collegio,

Simul

Omnes atqve singuli Literarum culturâ Politi, animisque
Scholastica tectâ candidis intuentes,

à

M. CONRADO Dunderberg/

Ephebi Nordh. h. t. Rectore,

submissè, decenter ac amicè

invitatur,

ut ne binos Academiæ Candidatos;

JOHANNEM WILHELMUM Seydenschwang / Kindelbr.

&

JOHANNEM ALBERTUM Hanff / Nordh.

De ALBIS Antiquorum VESTIMENTIS cras horã 9 antem: d. 5. Maji.

A. 1707. in Apobateriis memoriter dicturos sub Examinis clausulam benevolè
audire dedignentur.

Nordh. Typis August. Martin. Hymischianis.

